Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Post haec autem inquit acceperunt a mulieribus suis omnes quibus cuius est sensus
et adtulerunt gemmas et inaures et anulos et discriminalia et dextralia;
Uides hic quomodo illi offerunt domino. Qui cordis uident qui intellectum cordis conspiciunt. qui mentem intentionem dedicationem habent aduerbum dei; istis ergo adferminent. & adferunt eam mulieribus suis; in aures. inquit et gemmas et dextralia. Mulier secundum allegoricam intentionem. sepe iam diximus. quod caro accipiatur. Cum uir. intentionabilis sensus; Bonae ergo istae mulieres quae obediunt uiris suis. bonae caro quae lasciuiam non repugnat sed obtempernet et consentit; Cum ideo si duobus uxoribus in duobus conuenerit. exque eumque; repetietur fides eius dicit dnr; Offerunt ergo inaures mulieribus suis. Uides quomodo domino offertur auditus; sed et dextralia domino offerunt. opera dextra. et opera bona. quae per carnem gerunt; haec domino offert intentionabilis sensus. sed et discriminalia. quibus nesciat discernere quid agendum sit. quid uitandum. quid domino placeat quid ei displicat. quid iustum sit quid iniustum. Istae discriminalia. quae domino offerunt. Hae ergo mulieres inaures domino offerunt. quae sunt mulieres sapientes. Venerunt enim inquit mulieres sapientes. & fecerunt quaecumque necessaria erant ad indumenta pontificis; Illae uero mulieres quae inaures suas obtulerunt ut fierent uitulus insipientes erant. quae auaritiae quidem auditum auertebant ad fabulas autem se impietatemque praestabant. & ideo obtulerunt inaures suas ut fierent caput uituli; Sed et in iudicum libro aliud nihil omnino idolum inuenimus ex mulierum inaurium factum; Iste ergo beatae mulieres. beatae istae caro quae domino offert auditus suos et dextralia sua et anulos suos et omnem operem manuum suarum quae in mandatis dni agit: addit post haec quae apud